

**Ex legibus Ebreaeorum forensibus contra magiam, de maleficio ... /  
disputabit J.D. Wolff.**

### **Contributors**

Wolff, Johann Daniel.  
Zentgraf, Johann Joachim, 1643-1707.  
Université de Strasbourg.

### **Publication/Creation**

Strasbourg : J.F. Spoor, 1694.

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/a7bxsjgt>

### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

58700

(10)

ЭЯРГУДАИ

Геною! Геною!

EX

# LEGIBUS EBRÆORUM

FORENSIBUS  
CONTRA MAGIAM,

DE

# MALEFICIO MAGICO,

Deo annuente,

In Inclyta Argentoratensium Academia,

PRÆSIDE

DN. JOHANNE JOACHIMO  
ZENTGRAVIO, D.

Phil. Pract. P. P. Celeberrimo,

Patrono, Præceptore atque Promotore suo  
pie devenerando,

in

SOLENNI Eruditorum congressu

disputabit

JOH. DANIEL WOLFS/ Arg.

D. 25 Febr. Anno 1694.

hor. loc. solit.



19

ARGENTORATI,

Literis JOH. FRIDERICI SPOOR.

Augsburg. Regn.

ILLUSTRE  
DNN. PRÆFECTORUM  
LEGATI SCHENCKBECHERIANI  
COLLEGIUM,  
Ut &  
VIRUM  
NOBILISSIMUM, AMPLISSIMUM  
ATQUE PRUDENTISSIMUM,  
DOMINUM  
DANIELEM DIETRICH,

U. J. D<sup>dum</sup>, Senatus Majoris Assessorem laudissimum, Patronum multis nominibus colendum,

58700 #(10) *DNN. Mæcenates, Studiorumque Promotores,*

Hac alterâ studiorum suorum  
fœturâ

in perpetuam sui commendationem  
veneratur

Cultor & Cliens

Joh. Daniel Wolff  
Argent. Resp.



L E X

*contra*

MALEFICOS ET MALEFICIA,  
ALTERAM MAGIÆ DÆMONIACÆ SPECIEM.

§. I.



Ex JEHOVÆ, Israëlis Regis, contra impietas has, sic habet: *Nefin-veniatur in te מְלֵא, maleficus.* a) Eadem a) *Deut.* nimirum, quâ & *Magia* in *specie* sic di- 18,10<sup>a</sup> cta ex Republica Ebræorum proscribitur. Cum enim מְכַשֵּׁפִים sint Magiæ effectoriæ dediti homines, sive vere aliquid efficiant, sive *præstigiatorie*, sive effectus *mixtus* sit, uti Memphitici Sacerdotes Jannes & Jambres, dæmoniacis artibus cum Mose divina virtute instructo certantes, tali notantur nomine; nil impedit, quo minus מְלֵא explicetur etiam, sic admittente vi significatio- nis hujus vocabuli, de *malefico* in *specie* sic dicto, de homine, qui ex pacto cum Dæmone artes maleficas exercet ad nocendum. Certum est, tales etiam fuisse famosissimos hos Sacerdotes, à Pharaone Mosi oppositos, ut ipsi resisterent atque vicissim nocerent, ob cladem & damna, magica vi, ut credebat impie homo induratus, & sic per maleficium proprie tale, Ægypto illata. Hoc etiam sine stans coram Mose patrante miracula divina virtute Pharao, suos secum habuit Magos. Fingunt hinc in antiquissimo *Medrasch*, apud *Buxtorfium*, b) Ebræi, Jannem & Jambrem fuisse in ex- ercitu Ægyptiorum, Ebræos ex Ægypto exeuntes perse- quentium, ad prosterendum illos in mare; ita ut artes hæ ma- leficæ adhibitæ fuerint ad nocendum hostibus, quos non armis tantum, sed & artibus magicis impugnatum ibant. Ipsæ denique scripturæ, sensu ad maleficas artes restricto, vo- ce hac utuntur. Sic enim usurpatur *Nachumo*, c) ad notan- c) 3. 4.<sup>b</sup>

dum

A 2

b) Lexic.  
Thalmud.  
f.947.

dum maleficium amatorium, explicante ex nostris etiam B. D.  
d) *Cons-* Johanne Schmidio; d) legiturque de Veneficiis Jesabelis, e) qui-  
*ment. b. l.* bus sc. maritum Achabum, Israëlitarum Regem, mulierosum,  
*p. 1009.* suisque philtris sibi obnoxium reddiderat, ut Cæsonia olim,  
e) *z. Reg.* scriptore Suetonio, f) Caligulam; ejusque familiam ad am-  
*9.22.* plectendam idololatriam dementaverat idololatrica fœmi-  
f) *Calig.* so. Juven. na. Escobar g) quidem explicat de studio affectu Jezabelis  
*Sat. 6.* Sat. 6. alios provocandi ad idololatriam, sicut impudica mulier assolet amasum  
g) *Comm.* in 4. Reg. dolis malis, & furtivis irritamentis quasi philtris quibusdam, & ve-  
*l.c. f. 490.* neficiis, poculis, aut aliis sagarum lenociniis ad sui amorem pellicere;  
*anuQ* sed simplicitatem & proprietatem literæ citra necessitatem  
*v. 111.* relinquit, cum de magicis impietatibus Sidoniæ istius mu-  
*ligeris nullatenus dubitari debeat.* In quantum itaque lege  
*hac etiam interdictum maleficiorum magorum in specie ta-*  
*lium continetur, ita ut ad hæc ejus instituta analysis restrin-  
*gi tantum debeat, consideramus ejus 1. Objectum. 2. Actum*  
*prohibitum. 3. Prohibitionem ipsam.**

§. 2. I. Objectum est maleficium. Definitur autem, quod  
h) *Theol.* sit illa species Magia, qua aliis injuste nocetur ex pacto cum Dæmonе  
*Moral. tr. s. vel expresso, vel tacito.* Differt proin à Magia in specie sic dicta,  
*Exam. 6.* quæ æque incantationibus utitur, atque maleficium, quod,  
*c. 12. §. 6.* cum hoc sit vis & potestas alteri nocendi ex tali pacto, uti lo-  
*n. 87. p. m.*quitur Escobar; h) malint licet per artem nocendi definire Tole-  
*642.* i) *Instruct. tus, i) Trullench; k) illa, explicante Reginaldo, l) non sit compara-*  
*Sacerd. l. 4.* ta ad nocendum aliis, sed ad captandam inanem opinionem homi-  
*c. 6. n. 2.* num; prout nimirum impia quadam vanitate ducuntur, aut  
k) *Exposit.* Decal. l. 1. ex aliqua re præ cæteris videri affectant, qui ejusmodi im-  
*c. 10. dub.* pietatibus delectantur; de quo etiam Goldastus. m)

13. n. 1. §. 3. Ex fine itaque patet, pertinere maleficium, Lege nostra  
1) *Prax.* prohibitum, ad illam Magia speciem, quæ γονεῖα dicitur, & à  
*For. Pœnit.* Magis dicta fuit, quam ipsi Magi etiam improbarunt, qui  
*l. 17. c. 17.* n. 175. Theurgici, & Ἱερεῖς studiosi dici voluerunt, & communicatio-  
m) *Recht,* nem quandam cum bonis & beneficis dæmonibus, Diabolo  
lich Be- in angelum lucis se transformante, præ se tulerunt. Docue-  
*denck. von* Confiscat. runt etiam hi, maleficia ista fieri per commercium cum dæmo-  
*Gauber. 1c.* nibus κακεγοῖς, & κακηποῖς, & illorum Principe. <sup>Ἐν</sup> οὖτις, in-  
*§. 23. sqq.* quicquid,

quit Porphyrius, n) οὐκέτι τε τοῖς μεγίστης βλάβεσ, τὸ δὲ πότερον καὶ n) 2. de abs-  
κρεπγῶν σταύρον, θετίου, ὅπερ αὐτοὶ αὖτοι γιγνόμενοι τὴν τελείαν γλυκίαν. l. 2.  
σταθμάτων, οἶον λοιμῶν, ἀφορετῶν, στομῶν, αὐχμῶν, καὶ τὸ ὄμοιον, s. 40.  
unum igitur maxime noxiū à malefīcīs dæmonibūs profectūm hoc  
statuēndūm est, quod sint calamitatūm quae terrae incumbunt, auto-  
res, pestium scilicet, sterilitatūm, terræmotūm, siccitatūm & similiūm  
malorum. Πλήρεis γδ̄, ut alibi o) rursus loquitur, πάσοις φαντασίαις o) de abs-  
τοι, καὶ ἀπειποῦ iñaroi Διὸς τὴν περιγέργιας. Διὰ τεττὼν φίλεργον tñ. 2. §. 42.  
ἐρωτικὰ καταγονδάζονται ναρκοδάμονες, omnigena enim imaginatio-  
ne abundant, & ad quemvis præstigii fallendum sunt idonei: propterea  
philtora & amatorias artes parant mali dæmones. Marcus qui-  
dam, in sequentium seculorum Magus apud Psellum, p) igneis. P) de Oper.  
& aëreis dæmonibūs, quos sic distinguit, hoc in primis tribuit, dæm. p. 83.  
minus phantasiæ habere nugatus aqueos & terrestres dæmo-  
nes, pejores licet sint. Observari præterea meretur, quo-  
modo in libro τεῖ τὸν λογίων φίλοσοφίας, de hausta ex Oracu-  
lis Philosophia apud Eusebium, q) ex disciplina Ægyptiorum & q) Prap.  
Phœniciorum Magorum, sive Sacerdotum, quæ & Chaldæo- Evang.  
rum fuit, r) Batanaotes exposuerit, quo pacto mali dæmo- l. 4. 23.  
nes homines, quibus semper eos nocere intendere docet, s) ac- f. 174.  
cedere soleant, ut illis noceant: Καὶ οἱ Θεοὶ, inquit, πᾶς μεσός, in Psell.  
καὶ Διὸς τεττὸν περικαθάρχοι καὶ σινεάλλοι τεττάς. ὅταν θεὸν κατα- p. 41.  
λῶσι. Καὶ τὰ σώματα τοῖνις μεσαὶ δύο τεττῶν. Καὶ γδ̄ μάλιστα τὸ tñ. 5. 41.  
τοῖνις τεοφαῖς χαίρονται. στεφάνων γδ̄ ἡμῶν πεσίασται καὶ περιζά-  
νυσται τῷ σώματι, καὶ Διὸς τεττὸν αἱ ἀγνέας, plenæ etiam sunt dæmoni-  
bus malis ædes universæ, quas ante propterea ipsis ejiciendis ex-  
piant, quoties Diis supplicaturi sunt. Quin etiam eorundem plena  
sunt corpora, certoque ciborum genere potissimum delectantur. Ita  
accubentibus nobis non accedunt ipsi modo, sed etiam nostrum ad  
corpus adhærescant, ita ut lustrationes adhibuerint, horum dæ- t) t. 2. opp.  
monum malorum abigendorum gratia. De horum malitia, & de Isid. &  
studio hominibus nocendi, passim etiam Homerus agit; de Osir. f. 360.  
quibus etiam ex Magorum Ægyptiorum Theologia com- 369. sqq.  
plura notat Plutarchus, t) fabulam Ægyptiorum de Osiride & tñ. 2. 41.  
Typhone hic quoque accommodans. Hi sunt per quos, x) Prapar.  
rursus monente Porphyrio, u) qui, judice Eusebio, x) μάλιστα Evang. l. 4.  
Φίλο-

Φιλοσόφων, ipsius scil. temporibus, οὐκέτι καὶ σείμουσι, καὶ οἱ φησι τεοῖς ὠμιλητέαν, ταῦτα περ τὰ τέταρτα πεισθεῖσαν, καὶ πολλῷ μᾶλλον τὰ πάρεξ εἰσιτῶν ἀπειλεῖσερον διηρθρυνητέαν, videtur inter Philosophos maximam cum dæmonibus, & quos Deos vocat, consuetudinem in iisse, causam eorum studiosissime defendisse, & quicquid ad ipsorum naturam & religiones pertinebat longe omnium accuratissime rimatorum esse; καὶ οὐ πάσῃ γονείᾳ ἐκτελέσαι, etiam omnis fascinatio per agitur. Principes eorum sunt Sarapis & Hecate. y) Do Præp. Ev. cetque rursus Malchus. z) quod τέττας μάλιστα καὶ τὸ τεγεσῶπον αὐτῶν ἔκλιμασιν, οἱ τοῦ κακοῦ Δῆμος & τὸ γοντάνων Δακτερεῖτέρους, dæmo nes hos malos eorumq[ue] principem illi maxime colant, qui incantationib[us] a) de Præp. suis mala perpetrant; de quo prolixius idem apud Euseb. a Ev. II: 23. Hecaten hanc, dæmonum malorum principem, αὐτὴν εἴν f. 175. / q. φήσασι, ait Euseb. b) καὶ πως αὐτῆναις αὐθόρων καθέλλεσθαι τὸ Δέ b) Præp. Ev. l. 3. 16 f. 126 δέ οἰχέως ξεῖν, εἰς τὸ αἰχέρες καὶ ἐρωτικὰς Δικηργίας καὶ θελαρι c) Euseb. l. c. Cāreōdην αὐτὴν, illam esse dicunt, quae cum humanae cantionis aū simili illecebrae necessitate deducatur, tum vero & per eum à qua fuerit suscepta, respondeat, & obscenis amoribus ac lenociniis operari suam navet: quae superstitione maleficia amoris p[ro]pperit. Sarapin autem quod attinet, qui & Pluto, Dis, dictus est, cun 4. 23. • καὶ τοῦ μειλύματα καὶ τοῦ δοτορεόπικα, talia quae vim malos dæ mones vel conciliandi, vel averruncandi habeant; patet fuisse invocatum spiritum nequam non ab illis tantum, qui maleficiis nocere intenderunt, verum & ab illis, qui à maleficis alios incolumes servare, & maleficio affectos à malo, quo affecti fuerant, liberare studuerunt. Pertinet huc ille Dæmon gorgon, cuius dicto nomine ad omnia cæteri cogebantur d) Not. in Psell. p. 138. quem scire proin nefastum est, ut ait Papinius apud Gaulminum, d[icitur] qui per hunc etiam intelligit illum certum Deum Lucani, quem per incantamenta cogi poëta nugatus est: An habent hæc carmina certum imperiosa DEUM? qui mundum cogere, quicquid cogitur ipse, potest. Descendisse autem hanc impietatem ex Theologiæ magicæ impietate de duplice principio, bono & malo, facile ostenditur. Nos id tantum adhuc addimus Imagines Sarapis & Hecates, quibus vim suam exerebant quibus.

quibusque Magi in suis operationibus & incantationibus usi sunt, fuisse à dæmonibus his factas, quorum responsa exhibet ex *Porphyrio Eusebius.* e)

e) *Præpar.*

*Ev. s. 13.*

§. 4. Observat præterea etiam *Goldastus,* f) pactum variare, quod in Maleficio, & in aliis Magiæ speciebus cum spiritu nequam intercedit. Alii enim in fidem Dæmonis concedendo, stipulatis sibi pacto expresso maximis honoribus, divitiis, favore & aura populari, eruditione, voluptatibus etiam corporis, varia item & mira agendi facultate, exceperunt maleficia & obligationem ad nocendum aliis, & ut in consociatione humana vitam socialem sibi vivere liceret. Alii cum spiritu malo conveniendo nihil excipiunt, sed Dei & humani generis hostes facti, impi & abominabili cum Diabolo fœdere, cæcum cacodæmoni obsequium promittunt, & ad nocendum vel suapte feruntur malitia, scelerati pacti memores, vel instinctu Dæmonis ad maleficia exercenda impelluntur.

f. 201.

f) *I.c. s. 23.*

28.

§. 5. Etsi vero ex priscis Ægyptiorum, Chaldæorum, Assyriorumque Magis, qui superstitiones has, ceu artes divinas, & reip. utiles atque necessarias, sub Ἱεροῖς nomine exercebant, quales etiam fuerunt Jannes & Jambres, Balaam, sibi nihil cum γόνεσσι artibus, & malis spiritibus, & consequenter maleficiis magicis, ad injuste nocendum aliis, commercii esse præ se tulerint: Quibus addendi in sequentium temporum Magi, iique Theurgici, Orpheus, g) Am- g) *Pausan.*  
phion, Musæus, Zabrus, Zamolxis, primus ille Getarum Eliac. post.  
legislator, nuper luci publicæ restitutus Upsaliæ à Carolo Lundio, h) h) *Zamolx.*  
singulari Diatribe, Pythagoras, Empedocles, Hosthanes, add.c.6.§.2  
Democritus; Socrates quoque, Plato, i) Apollonius Thya- i) *Plin.l.30.*  
næus, ipse etiam Porphyrius & Jamblichus, pluresque alii, H.N. c.1.  
de quibus Eunapius: k) Nam quod & Plinius l) testatur, in k) *Vit.Phi-*  
*tantum fastigij olim Magia, fraudulentissima artium, adolevit, ut in los. & So-*  
*magnâ parte gentium prævaluerit, & in oriente regum regibus impe- phist.*  
*raverit: Attamen notam maleficorum verè talium merentur,* l) *Hist.Nat.*  
& meriti sunt, inque horum numerum merito referuntur,  
qui in bello hostibus reipublicæ, aliisque à quibus sibi ti- l.30.1.  
mebant,

m) *Prap.*  
*Evang.*  
l. 4. s.

n) *I.c.*

o) *Porphyry.*  
*I.c. §. 43.*  
*seq. 49.*

p) *Jes. 47.*

q) *in Esai.*

*I.c. f. 53b.*

r) *I.c.*

s) *de abs-*

*tin. 2. §. 41.*

t) *de My-*

*ster. Egypte.*

u) *Nor. in*

*Psell. p. 140.*

mebant, ope dæmonum, qui *omnes mali sunt*, ut recte notat magnæ eruditionis doctor, *Eusebius*, m) nocere intenderunt, per veri foederis commercium cum ipso Diabolo; licet de assimilatione hominis cum Deo, ceu fine hominum, garrientes, sub religionis praetextu, de quo etiam *Plinius* n) questus est, & exteriori vitae honestate, sanctitate etiam; o) atque eximiis morum præceptis fallentes, tales videri noluerint, & sub sapientiae nomine artes suas jaetaverint, uti Chaldæis à Deo objicitur, p) pro sapientibus denique habitu fuerint à suis. Παρείσησις ἡ Δανιὴλ, inquit Procopius, q) ὁπως τῷ χαλδαῖος διέπεπον μάγοι, καὶ Γαζαρίωι, καὶ Φαρμακοῖ, καὶ οἱ τοιαῦται σοφοί, οἵτω γὰρ αὐτοῖς ἐνθάλπειν, οἱ καὶ δόδονίους τῷ βασιλεῖ, ὡς δι' αὐτῶν πατορθεμένης τῷ βασιλεῖας, leges apud Danielem Magos in Chaldaea quosdam, & Gazarenos, & veneficos, aliosq; artium ejusmodi Professores, quos illi sapientes vocant, claruisse, tantumq; regi probatos fuisse, ut non nisi eorum auspiciis regnum feliciter administrari posse crederet. Recte vero idem horum sapientum cum spiritibus communicationem γῆγειαν appellavit: r) Πᾶσι, inquiens, ἀνθρώποις ή τοὺς θεὸν οἰκείωσις καὶ Φύσιν, ή τὸ τελείωμας αὐλοία, τὸ τρίτων τελεῖς αὐθρώπων οὐσίαν Διὸς γῆγειας ἐπαγομένην, Dei & hominum maxime secundum naturam est familiaritas, aliena autem plane quae cum dæmonibus inita illis cum hominibus congressum magicis artibus conciliat. Loquitur autem de בְּשִׁבְתַּיְמָן, maleficiis, & חֹנְכִים, incantatoribus, qui apud Chaldæos pro sapientibus habitu erant, suisque artibus magicis confisi, securitatem invictam Babylonii contra hostes suos pollicebantur, ipsum etiam Deum secogere, imo quidvis præstare posse ratuis imperiosis incantationibus, & ope dæmonum suorum; idque vel bonorum, quos ita credunt, quod auxilio ad mala avertenda hi naturâ suâ ferantur, ex Porphyry etiam, s) & Jamblichi t) disciplina; uti & in libro Enoch, quod est magicum scriptum in sequentium temporum, Raphael Exaelem, & Michael Semixam ligare dicuntur; Καὶ τοὺς τῷ Μιχαὴλ Θεὸς εἶπεν, πορφύριον Μιχαὴλ, καὶ θήσον Σεμιξάν, καὶ σὺν αὐλαῖς οὐκ αἴτω: Magi vocant, inquit ex Testamento Salomonis, scripto magico, G.ulminus, u) συνάντεις κατεργάσσους θυμάριν ἔκεινας, καὶ ἔκεινας θλάψοντες; vel etiam malo-

malorum averruncatione per certa *σπείτυα*; vel coërcitione  
eorundem per potentiores & superiores dæmones, Sarapin v.c.  
secundum Ægyptiorum disciplinam: quo etiam pertinet il-  
le *Dæmogorgon*, qui mundum cogere, quicquid cogitur ipse,  
potest, incantamento scil. invocatus; vel conciliatione eo-  
rundem per sacrificia, vel quæ alia eos cœurandi ratio fue-  
rit, de qua mire nugatur *Pſelli* x) Marcus: Pœnas Deo an- x) *de oper.*  
nuntiante hujus impiæ confidentiæ, quas Babylonii hoc no- *dam. p. 86.*  
mine daturi sint. *sqq.*

§. 6. Patet hinc, quid habendum sit de maleficio &  
usu Magiæ ad nocendum hostibus in bello publico & so-  
lenni, à quo Christianos sæpè non abhorruisse scriptores me-  
morarunt; quod impietatis genus *maleficium publicum*, ad dif-  
ferentiam *maleficij privati*, quod in privatos exercetur, vo-  
care possis. *Guilielm. Bæckely* se vidisse & audivisse ait, aliquos <sup>y) Bell non  
bell. Recens.</sup> fastuose infatuatos fuisse gloriatos, quod, etsi hostis multo pedite &  
equis instructus & superior, plures pedites equitesq; hostium oculis si-  
stere valeant: daß sie viel Reiter und Knechte im Felde machen/  
gegen ihre Feinde sich fest setzen / und stärcker ansehen lassen kön-  
nen. Oddonem Danum, piratam, refert *Saxo*, z) inito cum <sup>z) l.s. hist.</sup> Normannis certamine, ita vi carminum hostilem hebet avisse aspe- *Dan.*  
ctum, ut districtos Danorum enses eminus radios jacere putarent; co-  
minus vero ne ferrum quidem vaginâ extractum visu excipere pos-  
sent, & sic fulgore & præstigiosa coruscatione vincerentur. Persarum  
etiam Magos bello, quod Solymannus Tammaso fecit, intem-  
pestivæ vehementissimæq; procellæ turbinem diro carmine, & notis genti  
carminibus, cœlo evocasse ad Turcarum exitium, fidem aliorum secu-  
tus refert *Jovius. a)* Verum enim vero uti Ægyptiorum, Sabæ- <sup>a) hist. tom.</sup>  
orum, Cananæorum, Chaldæorum, aliorumque Ebræis vici- <sup>z) l. 33. p. m.</sup>  
norum populorum, hæ belli artes magicæ fuerunt, quas ex <sup>394.</sup>  
sua etiam Theocratia LL. contra Magiam latis Deus pro-  
scripsit; ita & execrabilis istæ Magorum artes, ut *Laclantio* b) cun- <sup>b) l. 2. c. 17.</sup>  
Etæ audiunt, quibus neglecto Dei auxilio, Dæmonis ope vi-  
ctoria & clades hostium quæritur, à Christianis penitus abesse  
debent. Bene Christianus Doctor *Gregor. Nazianzenus*: c) ὁ δὲν c) *Orat. 40.*  
μέντοι τελεταῖς τελεταῖς, οἷς ὁ πονηρὸς οὐρανούχες, κλέπτων <sup>f. 648.</sup>

εἰς ἐαυτὸν δύο θεός τὸ σέβας ἡ τοῖς καὶ φορέσοις, nihil tibi amuletis,  
nec incantamentis opus est, cum quibus pravus ille in leviorum hominum  
animos simul irreperit, venerationem Deo debitam furtim ad se trans-  
ferens. Christiane hinc Constantinus M. precibus ad Deum  
fusis ad bellum se paravit contra Licinium, præstigias magi-  
cas & incantationes adhibentem, & Ἀgyptiorum vates, venesi-  
cos etiam, & præstigiatores ad se accersentem, scriptore Eusebio: d)  
Const. M.  
l.2. c.4.  
e) i. de vit. qui & Maxentium sæpe infandas adjurations usurpasse refert, e)  
Const. M. quo illorum subsidio belli impetum à se averteret. Saniores alii  
c. 30. Gentiles, quibus Deastrorum auxilio potius, quam malefi-  
ciis & incantationibus vincere placuit.

§. 7. Cæterum cum ex illorum sensu, qui impietatis  
magicæ Ἀgyptiorum, Chaldæorum, Persarum mysteria co-  
gnoverunt, dæmones tam boni, quos sic singunt, quam ma-  
li, alii sint privati; de quibus Empedocles, insignis Magus, Py-  
thagora magistro in præstigiis & incantationibus non mi-  
nor, & Porphyrio scriptore, f) Αλεξάνδρῳ, Averruncus ventorum  
thag. p. m. dictus, apud Plutarch. g) autor fuit, quod διττά πνευ ἐκαστον  
193. ημῶν Φύσιμον, ὁ θραλλαμβάνεται καὶ κατέρχονται μοῖραι καὶ δαιμones,  
Opp. de a- unumquemq; nostrum, postquam est natus, arripiunt & gubernant  
nim. tran- duplia fata, geniūq;, bonus scil. & malus; alii publici, loco-  
quill. f. 474 rum scilicet: Horum ex numero, secundum Magorum &  
Theurgicorum disciplinam, sunt illi dæmones, qui uti uni-  
versam Magiam, tam ἔπειτα, quam γονίαν, ita maleficia quo-  
que in specie sic dicta administrant. ‘Τὸ τέτων πέμπεδη, ait

h) Laërt. Pythagoras, h) τές τε ὀνείρας, καὶ τὰ σημεῖα, νόσους τε καὶ ιγνεῖας  
vit. Phil. καὶ μόνον αὐθεώποις, ἀλλὰ καὶ τερατεῖς, η τοῖς ἄλλοις κλιεῖσιν, ab  
l.2.Pythag. f. 221. his immitti hominibus somnia & signa, atq; morbos etiam & sani-  
tates: Nec solum hominibus, sed & pecudibus ac jumentis. Et Ba-  
i) de abstин. tanæotes, i) τὴν κακηποιῶν, inquit, αἰσθάνεται, & ταῦτα παρατητικῶ  
2. §. 39. νέμονται τὸ εἴδεν τόπον. Σδέντεν τὴν κακῶν σὴν ὅπιχειρεῖσι δρᾶν, ma-  
leficorum spiritus immodici sunt, ideoq; spatum illud, quod terram  
proxime ambit, perturbare ut plurimum administrant. Nihil igitur  
k) de Oper. mali est, quod non facere aggrediuntur. Apud Psellum k) verò  
dam. p. 83. Marcus, Magus, de dæmonum differentia differens, aeria po-  
91. tissimum colere nugatur dæmonia γονῖες, incantatores, ne οἰκου-  
μενιον τερατίνοις, subterraneum dæmonium aliquod subrepatur.

§. 8. Et sane Dæmonis in nocendo magna virtus est, cum multipli ad damnum inferendum notitia conjuncta, ceu alibi monuimus, l) Schottus q, m) etiam exemplis probat, l) diff. de Mag. §. 22. circumscribente Deo licet cancellis licentiam, ne pro voluntate noceat. Hoc, rarius licet contingat, permittente, quid in ciendis tempestatibus, fulminibus jaculandis, incendiis c. 19. p. 50. excitandis, turbine procellarum violento movendo, in 199. morbis immittendis possit, historia Jobi docet. n) Luca o) n) Job. 1, 16. historia memoriae prodidit, quod Dæmon mulierem quandam 19. c. 3, 7. octodecim annis ita alligaverit, ut non potuerit erecto incedere vul- o) 13, 11. & tu. Unde Tertullianus, p) operatio Dæmonum, inquit, est homi- p) Apolog. nis eversio, sic malitia spiritualis à primordio auctorata est in homi- c. 22. f.m. nis exitium. Itaq, corporibus quidem & valetudines infligunt, & aliquos casus acerbos: animæ vero repentinorum & extraordinarios per vim excessus. Veros etiam serpentes & ranas, quidquid sit de modo producendi, Magos Ægyptiorum cum Mose certantes, virtute cacodæmonis produxisse, ipse Moses autor est. q) Proin non dubitandum, posse spiritum nequam q) Exod. 7, bruchos etiam, erucas, papiliones, & alia insecta noxia simili II. c. 8, 7. ratione producere, vel in locum aliquem cogere. Arborib; etiam, agris, vineis quin nocere, fruges etiam perdere, aërem & aquas, flumina inficere sciat, dubium non est: Recte licet rursus moneat Tertullianus, r) quod autores inter- r) l.c.f. 856. dum videri velint eorum, quæ annunciant, malorum scil. quorum etiam nonnunquam sunt. Paulo post iterum, habent, inquit, de incolatu aëris, & de vicinia siderum, & de commercio nubium, cœlestes sapere paraturas: ut & pluvias quas jam sentiunt, reppromitant, benefici plane & circa curas valetudinum: scilicet. Quanquam vero spiritui nequam, vel malefico, ejusmodi mala se immisurum minitanti, vel à se patrata esse asseveranti, fides tutto haberi non possit, cum ex prævisa causarum conjunctione, unde talis effectus sequatur, quæ ipsi ceu ἀρχοντες & εξιτας & αέρες, principi cui potestas est aëris, uti Paulus) nominatur, s) Ephes. 2, non deneganda, talia mala, aërisque tempestates quidem 2. prædicere, Deo autem non permittente, efficere non queat; maleficiis etiam spiritus mendax, quod hoc vel istud damni

dederint, hoc etiam vel istud mali hominibus & brutis im-  
miserint, ita persuadeat, dementando, & depravata ludibriis  
& præstigiis phantasiâ falsa suggerendo, illudens; incanta-  
tionum denique verba & imprecations vim lædendi non  
habeant: Non ita liberaliter tamen & simpliciter cum Wie-

e) de Pra- rot) pronunciandum, lamias non invehere eos morbos, quorum se  
stig. dæm. l. fatentur effectrices fuisse. Fieri enim id potest, Deo nimirum,  
3. c. 14. sq. cuius *κείματα ἀνέξεργά*, *judicia inscrutabilia esse* Paulus u)  
u) Rom. II. docuit, permittente, vel à malefico, adhibendo caussas naturales, ut  
33. venena; vel etiam à Diabolo sic, ut maleficus adhibeat solum signa  
superstitiosa, quibus videtur facere, quod non ipse, sed Diabolus

x) Prax. facit, explicante Reginaldo. x) Hoc posteriori modo male-  
For. Pœn. l. ficus est causa moralis maleficii à Dæmone, cuius operâ ex  
17. c. 17. f. 1. paecto utitur, perpetrati; etsi, an malum aliquod à Diabolo  
n. 176 f. 512 & malefico, conjunctim sic operantibus, sit immissum, non-  
nunquam explicatu obscurum sit, cum spiritus nequam à se  
id factu n jaētando mentiri possit, quod ipsi proprium, male-  
ficoque, quasi id fecisset, imponere sciat, licet à causis morta-  
libus ignotis, & naturaliter connexis, citra dæmonis con-  
cursum id mali provenerit. De causis autem divinæ per-  
missionis, sanctis licet & justis, optimis etiam, etsi nobis oc-  
cultis, hic agendi locus non est, utimur proin verbis tantum

y) Comm. Philippi Presbyteri, y) qui Gennadio z) optimus Hieronymi auditor  
in Iob. I. f. 5. audivit: Accipit & Diabolus potestatem se in medium inserere justo-  
z) Catal. rum, ad examinandos electos ejus, quia hoc placuit justo judicio Dei,  
Illustr. Vir. ut per afflictiones, & clades, & contumelias inimici, justi gloriam  
consequantur aeternam. Nugas hic proin vendidit Pseudo-

a) 2. de abj- Theurgicus, & Magus impius, Batanæotes, a) quando de cau-  
tin. 5 89. sis mali à dæmonibus maleficiis hominibus illati ita garrit:

Οξέα μὲν τὰ ἄστον κτείνων (θλαυμόνων κανόπιῶν sc.) πάθη. αἱ δὲ ἀκέστης  
καὶ αἱ κατορθῶσις, αἱ δὲ τὰ κρείττονων θλαυμόνων Βεργίτερα θοκεῖσιν,  
quæ à malis dæmonibus proveniunt molestiae, asperæ quidem sunt, &  
celeres, remedia vero & instauraciones, quæ à melioribus geniis profi-  
ciscuntur, tardiores videntur. Additur egregia ratio, Ægyptia-  
ca & Chaldaica impietate, ex qua virulentus Christi hostis  
sapuit, plane digna: Πᾶν γὰρ τὸ ἄχαρτον, οὐδὲν τὸ οὐδὲν ὅμαλον,

ταῦτα

τάξει τελέσιον οὐκ τὸ θέον ἐχει περιέλαυνει, bonum enim omne cum frenis facile paret, & aequabile est, ordine progreditur, & ultra quod decet non transit. Quasi vero ultra quod decet transeat divina bonitas, si vel omnipotentia sua, per se: vel per angelos & bonos spiritus præveniendo, malorum spirituum nequitiam coérceat.

§. 9. Dæmonis, ita primas in hac impietatis scena partes agentis, ope utitur homo maleficus, & cum illo in maleficio peragendo conjungitur, tam mas quam fœmina. Prohibens enim Jehova, Rex Ebræorum, ne inveniatur in sua republica inter Ebræos civili maleficus, b) maleficam extremo supplicio affici præcipit. c) Sane non pauciora beneficij & maleficij à fœminis, quam à viris peracti exempla leguntur. Neve Circen, Hecaten, Medeam & alias ex antiquitate prolixè commemoremus, vel de Jesabelis, supra adductæ, beneficiis dicta repetamus, Arabum mulieres, ex antiqua sc. gentis disciplina, *veneficas maximas fuisse*, autor est Josephus. d) Harum numero etiam habemus infelices fœminas, quas *Lamias*, & compluribus aliis nominibus appellant. De quibus etsi multas nugas multi vendant, multæ etiam corrupta phantasia ex melancholia sive atra bile laborantes, & Diabolica, ut fert nonnunquam morbi hujus indeoles, somniantes, istarum numero, per errorem licet, habitæ fuerint; non tamen cum *Wiero* ad alterum extreum declinandum, qui veram Lamiam minime dicendam esse contendit, e) quod inter Magos, & vulgo sic dictas *Lamias*, ingens discrimen intercedat. f) Magum enim nuncupat eum, qui à <sup>fig. dam. l.</sup> <sup>6. c. 22.</sup> demone, vel ab aliis, aut è libris voluntarie edocitus, præscripta aut <sup>f) Wier. de</sup> barbarorum ignotorum aut cognitorum verborum formula recitata, Praest. dam. submurmurata, applicatave, vel characteribus quibuscunq<sup>z</sup>, aut exorcis- <sup>l. 2. c. 1. & p. 2.</sup> smis, dirisq<sup>z</sup> execrationibus aut ceremoniis, solennibus ritibus, aut re- <sup>P. 142. sq. l.</sup> bus plerisq<sup>z</sup> adjunctis, pro suo arbitrio, dæmonium in præstigiosum, <sup>6. c. 1. p. 656</sup> fallax, vel alioqui ludicum ministerium, illicite evocare conatur, ut ascititia sese, vel conspicua ostendat imagine, vel aliter prodat, ad quæsitaq<sup>z</sup>, vel voce, vel susurro respondeat, vel picturis, vel notis, vel quocunq<sup>z</sup> alio modo: Vel qui aliud opus simili ratione prater naturæ legem

legem, perficere nititur. Hunc esse קשׁ & si fœmina talia committit, מכשׁת putat Wierus. Lamiam autem fingit  
 g) Wier. l. c. esse, g) qua ob faedus imaginarium, phantasmate sc. seu phantastico  
 l. 3. c. 1. p. præstringentis spiritus corpore fallaciter apparente; vel nervis opticis,  
 323. c. 3. seu visorijs, indita subdole, quam Sathan vult, specie, commotis hic hu-  
 moribus & spiritibus idoneis; vel sibilo, susurro, aut murmure in organis  
 auditus, vitiata formis imagini respondentem, Diaboli artibus, Deo per-  
 mittente, in impiis & Numinis diffidentibus, excito, conflat-  
 tum & stabilitum; qualiacunq; mala, vel cogitatione, vel impreca-  
 tione, vel intuitu, vel re ludicra, atq; ad institutum opus inepta, de-  
 signare putatur; velut aërem insolitis ignire fulminibus, tonitru ter-  
 rifico concutere, damno grandinis insueti multitudine ferire, tem-  
 pestates excitare, morbos præter naturam hominibus bestiisq; ciere,  
 & similia facere. Non magicis artibus infamem fœminam

talem, sed vetulam illusam esse ait, corruptamq; variis imaginibus, ab  
 h) l. 3. c. 35. immundo spiritu ingestis, phantasiam habentem; h) falli etiam ima-  
 p. 368. ginibus rerum per insomnia tantum cognitarum, i) cunctarumq; ex-  
 j) l. 6. c. 12. pertem esse artium, k) nec posse, uti Magi Ægyptiorum fece-  
 k) l. 6. c. 1. p. 657. runt, præstigias oculis objicere, si vel maxime velint, l) & pro-  
 l) l. 6. c. 22. inde potius esse maleficio à Dæmone affectas effascinatasq;, quam  
 p. 746. maleficas; m) errore deniq; & phantasia delusas, & Satanae perversa  
 m) l. 3. c. 36. institutione seductas. n) Ejusmodi Lamias, & quales sunt vul-  
 p. 373. n) l. 6. c. 21. go sic dictæ, ne quidem Christi, multo minus Mosis tem-  
 o) l. 6. c. 22. poribus fuisse opinatur Wierus; o) ignorasse etiam easdem  
 Poëtas veteres Virgilium, Ovidium, Homerum, de Medea & Cir-  
 ce canentes; Horatium & Lucanum, aliosque, qui de fœmi-  
 narum incantationibus cecinerunt. Wierum sequitur Godel-

p) de Mag. mann. p)

& Venef.

§. 10. Verum enim vero etsi id non negemus, Dæmo-  
 nem, postquam Deus hominem deseruit, phantasmate im-  
 misso in phantasiam illudere misero, & ejus imaginationi  
 actum paciscendi cum spiritu nequam objicere & repræ-  
 q) Sum. I. 2. sentare posse, secundum disciplinam Thome, q) prout & pra-  
 q, 80. a. 2. vis suggestionibus ad peccandum impios & excæcatos in-  
 ducit; id etiam asseramus, homines ejusmodi, qui aliud nihil  
 committunt, quam ut tale quid à Dæmone tantum patian-  
 tur,

tur, & in nullum opus externum progrediuntur, si vel maxime phantasmatis illis internis diabolicis delectentur, abominabili etiam laborent impietate, & mali spiritus vinculis contineantur, vere tamen, & proprie ideo non esse Magos, nec ejusmodi vetulas tali modo delusas *Lamias* esse dicendas: Si tamen ad se reversæ imaginariū istud pactum, scientes etiam & volentes probaverint, atque sic malitiose & pertinaciter, & cum odio Dei & hominum, secundum mali spiritus seductionem egerint, ejusdemque obsequio secundum istam passionem imaginariam impia περιπέτεια se addixerint, ταῦτα sunt factæ sunt. Recte enim tunc tales censentur egisse ex pacto vero & reali. Quod vero per immissum phantasma paciscendi actus imaginationi tantum exhibeat, sine sufficienti rationis usu, necessario alias à parte hominis qui paciscendi animum habet, id ad modum paciscendi cum spiritu nequam retulerim, absolo tunc perfecte pacto, quando consensus, postquam somno & somnio excusso plene ratione homo usus fuit, superveniens cuncta probat. Concedatur etiam licet, Sagam Endoream, r) *Homeri Circen*, s) *Ovidij t)* & *Senecæ u)* Medeam, r) z. *Sam. 28*  
*Lucani x)* mulierem Thessalam, & alias, de quibus passim apud scriptores fit mentio, incantandi, & beneficia maleficia que exercendi scientia vulgo sic dictas *Lamias*, & veneficas, longe superasse; non minus tamen pacto misellæ nostræ se Sathanæ obligarunt, quam istæ nocendi artifices sceleratae, parumque id refert, quod sint artibus diabolicis minus versatae atque doctæ, quam illæ. Nondum præterea probatum est, semper spiritum maleficum illusisse paciscendo, vel imperando, imaginationi harum veterarum, objiciendo ejusmodi imagines, quibus deciperentur melancholicæ, cum confessiones illarum aliud probent, ceu quæ docent, quid vigilantes etiam, usu rationis sufficienti instructæ, fecerint. Exhibit tales *Remigius y)* in primis; exhibent & *Acta y)* *Dæmonolatri.* processuum contra striges hasce institutorum, ex quibus singularia contra ejusmodi delusiones mere tales produxit *z) Decis. III.* *Goehausen*; z) legunturque & apud alios, quos nominat *Del qq. q. 3.* *rio. a)* *Confessionibus istis*, cum firmis nitantur indiciis, *a) Disquis. tamdiu seit. 16. f. 63* *Mag. l. 5.*

tamdiu, in re in primis non impossibili, standum, juxta illud  
 b) *Luce 19.* Christi: b) *čn ἐ σόματίς σθ νενώ στ., ex ore tuo te judicabo;* ceu  
 22. certiori & tutiori, imo nonnunquam in rebus in primis oc-  
 cultis, unico cognoscendi medio, donec meras fuisse semper  
 cuncta delusiones confitentium, *Wierus*, *Ponzinibius*, & alii  
 probaverint. Eximie hic disputat *Michaëlius*, *Gallus*, quo  
 pacto investigari possit, *an strigum confessio vera sit, an illusoria,*  
 c) *I.c.f.70.* summam dissertationis exhibente *Delrio.c)*

*sqq.*

§. II. Licet itaque non negemus, Lamiis variis phan-  
 tasmatibus immisis misere nonnunquam à Dæmone illudi;  
 effascinari quoque easdem, deludique earundem opinionem  
 cum sensu exteriori, ut se potent aliquid fecisse, quod ta-  
 men non ita se habet, vel à Diabolo tantum factum, inò ne  
 quidem à Dæmone, sed à causis naturalibus provenit, sæpe  
 tamen spiritui nequam tanquam causæ principali, associan-  
 dus est maleficus, tanquam causa ministerialis. Etsi enim,  
 Deo permittente, dæmones multa damna, multiplicemque  
 cladem in natura rerum inferre possint, cum maleficis tamen  
 eandem potentiam communicare nesciunt, quorum proinde  
 tantum ministerio utuntur circa externa solum, & non ne-  
 cessaria, sed inepta potius ad istum effectum producendum,  
 libere etiam à spiritibus maleficis electa, ad fallendum infe-  
 lices ministros, ut quod efficere per se non possunt, se tamen  
 efficere decepti credant, efficiantque etiam pro ministerii sui  
 ratione, cooperatores malorum spirituum pro viribus facti,  
 suamque eisdem operam fidelem interim commodantes.

d) *de Isid.*

*& Osir.*

e) *apud Eu-*

*seb. Prap.*

f) *Mor. Ne-*

*voch. & de*

*Idol. c. I.*

g) *Syst P.I.*

*I. 3. c. II.*

*p. m. 191.*

*h) de Isid.*

*& Osir. f.*

373,

§. 12. Veteres Ægyptiorum & Chaldæorum, item Sa-  
 bæorum Magi, prout illorum Magia ex abusu Astronomiæ,  
*Eul. 3. sqq.* Astrologiæ & Physicæ, ex mala item eorundem Theologia na-  
 ta est, prout constat ex illis etiam quæ passim *Plutarcho*, d) *Por-*  
*phyrio*, e) & *Maimonidi* f) hac de re memorantur; ita explican-  
 te *Peyrerie*, g) qui summam hujus superstitionis exhibet, cre-  
 diderunt, rebus omnibus terrestribus vires inesse occultas; vel à cœlo  
 irradiatas per virtutes disponentes: vel ab intelligentiis infusas per  
 rationes medias; vel ab Archetypo impressas, per ideas & formas ex-  
 emplares. *Plutarchus* h) videtur huc respicere, quando Ægy-  
 ptiorum

ptiorum de Osiride & Typhone fabulam antiquissimam, quæ Israëlitarum tempore jam nata fuit, secundum disciplinam Theologiæ Ægyptiacæ explicans, πνας, inquit, α' τοις αὐτοῖς (ἀγαθοῖς) τὸ αὐθητὸν καὶ σωματικὸν εἰνόντας ἀνυπάρχει, καὶ λόγος, καὶ εἶδος, καὶ δύμοι ὅτις αὐταλαμβάνει, καὶ θάπερ τὸν οὐρανὸν σφραγίδες τὴν αἰεὶ Διαφυλάκιον, boni imagines quasdam sensilis ac corporea natura impressas gerit, rationesque ejus, & formas ac similitudines in se recipit, quomodo in cera sigillorum simulacra figuntur, quæ non semper permanent. Et nonnullis interjectis mentionem facit τὸ εἰδῶν, καὶ τὸ διπρόσδικον Θεός, formarum ac desluxuum Dei in cœlo, qui inde sparguntur in res motibus obnoxias, terram, mare, stirpes, animalia. Sed pergit Peyrerius: Omnia sc. in omnibus esse voluerunt isti Magi. Cœlestia, intellectualia, archetypa, rebus inesse terrestribus, modo terrestri, & composito. Terrestria rursus inesse cœlo, modo cœlesti, & defocato: in intelligentiis, ratione intellectuali & mage simplici: in archetypo, idearum more purissimo. Tum vero omnia per divinas illices, & symbolicas illecebras reciprocari: nec non spiramentis occultis sese mutuo quasi sugere. Cœlestia & supercœlestia suis influxibus terrena ad se convertere: Terrestria vicissim suis hiaticibus, cœlestia & supercœlestia ad se allucere. Nullam propterea vel herbam esse in terris, quin haberet suam stellam, cuius spiritu vitam & cives, facultatesque, quibus esset prædicta, possideret. Quod & de lapidibus, metallis, gemmis, arboribus, brutis & hominibus affirmarunt, quibus sua sydera deputarunt. Insignis locus rursus extat apud Plutarch. i) de hac i) b.c.f.369. Magia veterum. Cum enim explicasset, qua ratione Magos docuerit Zoroastres διπρόσδικα καὶ συνθρωπα, sacrificia mali imminentis averruncandi gratia instituta, & tetrica, pergit: Πότερον πνα καὶ πλούτες ὄμως καλεμένιοι τὸ σὸν μὲν, τὸ ἄδειον ἀνακαλεῖνται καὶ τὸ σπότον. εἴτα μιξάντες αἷματι λύκος σφραγίδας τῷ φέρεσσι καὶ πλεον. Καὶ γὰρ τὸ φύλαν νομίζοντα μὲν οὐδὲν αἰσθῆτες, τὰ δὲ, οὐδὲν μαίμους εἴναι. καὶ τὸ ζώον ὁστεός κινάς καὶ ὄρνιθας τῷ χερσαῖς ἐχίνες, οὐδὲν μαίμους. Τὸ δὲ Φάνταστον τὸν οὐρανὸν εἴναι, herbam enim quandam Omomi appellatam, in mortario tudentes Ditem invocant & Tenebras: tum admixto lupi jugulati sanguine, efferunt & abjiciunt in locum, quo solis radī non pertingunt. Nam & de stirpibus ita judicant, quasdam boni Dei esse, quasdam mali genij;

& animalium alia, ut canes, aves & echinos terrestres bono, aquaticos malo adjudicant. Cum itaque influxus illi cœlestes, potentiis naturalibus horum terrestrium commixti, exhiberent istos effectus mirabiles, quorum cause essent, ut fingebant, in cœlis, non solum res naturales cœlestibus congruas, quas sic putabant, vel à Dæmonibus tales esse cognoscabant, ad certos siderum radios, convenientemque aspectum præpararunt, sed & excantationibus suis vim & virtutem siderum atque dæmonum in istas res naturales, herbas scil. lapides, gemmas, metallum, bruta, statuas devocarunt, ad mira varia edenda. Veterum hinc idololatricam Theologiam, quæ & Magiam de-

k) de Ido- nique peperit, explicans Maimonides, k) dixisse ait eos, Deuin  
lol. c.1. §.1. creasse stellas, & spheras istas ad regendum mundum, easq; in sublimi  
l) Præp.Ev. posuisse, & honoris participes fecisse, & illis ministris uti. Eusebius l)  
l.c.6. f.17. 9 f. 27. sqq. autor est, quod Φοινίκας ἡ Αἰγυπτίας περτερέων κατέχει λό-

γῷ, ἥλιον ἡ σελήνην, ἡ ἀστέρες θεός δότος Φῦναι, μόνος τε εἶναι τὸ τῶν  
ῶλων γενέσεως τε ἡ Φθορέας αὐτίς, Phœnices & Ægyptios omnium pri-  
mos, soli, luna, & stellis divinitatem tribuisse, iisq; solis rerum omnium  
ortus interitusq; caussam assignasse vulgatum. Secutæ sunt θυσίæ,

m) Aaron. ἡ προκυνήσεις, sacrificiorum & adorationis cultus. Unde Monca-  
purg. c.15. jus m) Scripturæ phrasin : Militiam cœli adorare; sic explicat,  
p.m.328.sq. quod sit dæmonia adorare, immediate scil. non transitive. Ve-

rum citra necessitatem proprietatem & simplicitatem literæ

n) Obelisc. deserit. Et apud Kircherum n) Mor Isaac ait, credidisse eos,  
Pamph. l.1. c.10. stellas esse rationales & libertate præditas, & penes eas esse dominium,

ita ut creatores & operatores rerum esse crediti fuerint. Erectas  
etiam tradit nominibus eorum statuas, & simulachra & directas fi-  
guras, edificata altaria, oblata holocausta, & incensa aromata, &  
suffumigia, & mactatas victimas. Unde rursus de his impi-  
tatis mysteriis differens Peyerius, o) cætera parum sanus au-

tor, hinc, inquit, nimirum excantatas, & devocatas siderum Deo-  
rumq; imagines, cœlo in terras descendisse, & vim factam Diis ipsis,  
dæmonibus scil. qui istas stellas animare credebantur, tra-  
dunt, sacrificijs, consecrationibus, suffitibus, invocationibus, & impre-  
cationibus. Fontibus ex hisce Ægyptiacæ & Chaldaicæ, Sa-  
bæaque impietatis manavit ista veterum Magorum & Ve-  
nefi-

o) l.c.

neficarum jactantia, qua suis carminibus, herbis, pharmacis, aliisque rebus naturalibus tantum tribuerunt, non solum in operationibus magicis aliis, sed & in maleficiis, ut Circe apud Homerum p) mirata fuerit, quod suis pharmacis nesci- P) Odyss.  
visset in porcum vertere Ulyssem: Θαῦμα με, inquiens, ἔχω  
ώς τὸν πῶν τούτο Φάρμακον ἐθέλεις, stupor me tenet, quod non bi-  
bens hec venena mutatus es: Et apud Ovidium q) arte sua freta, q) l. 14. Me-  
de Pico, cuius amore exasperat, cecinerit: Non tamen effugi-  
es, vento rapiare licebit, si modo me novi, si non evanuit omnis her-  
barum virtus, nec mea carmina fallant. Nimirum ejusmodi re-  
ciprocationem inter cœlestia & terrestria ad divinas illices, &  
certas illecebras, Magorum sc. carmina atque incantationes,  
dari prisci illi statuerunt, ut cœlestia & supercœlestia influ-  
xibus suis terrestria ad se converterent, illisque commisce-  
rentur; terrestria vicissim suis hiatibus cœlestia ad se alli-  
cerent, & se mutuo quasi sugerent. Hinc venefica apud  
Virgilium r) in pharmaceutria, ex Theocriti ejusdem nominis r) Eclog. 8.  
Idyllio: Carmina vel cœlo possunt deducere Lunam, h.e. divinam  
sideris hujus faciem & formam. Cumque quamlibet her-  
bam suam habere stellam, à qua divinas ejusdem acciperet  
vires, Ægyptii & Sabæi finixerint, devocata ejus imagine,  
non omnibus, sed certis herbis sua maleficia tribuebant ve-  
neficæ, ceu rursus Virgiliana s) docet: Has herbas, atq; hæc Ponto s) Eclog.  
mibi lecta venena ipsa dedit Mæris: nascuntur plurima Ponto. His cit.  
ego sape lupum fieri & se condere sylvis Mærin, sape animas imis  
exire sepulchris, atq; satas alio vidi traducere messes. Ejusdem  
disciplinæ est, quando Dejanira Senecæ t) ex nutrice quæ- t) Herc. Ossa  
rit: Quas Pontus herbas generat, aut quas Thessala sub rupe v. 408.  
Pindus? aut ubi inveniam malum, cui cedat ille? Satis denique  
notæ sunt herbae Medææ. Ægyptiorum vero & Chaldæo-  
rum fuisse has impietas, à quibus dein per Homerum, Or-  
pheum, & alios, ad Græcos, & alias gentes descenderunt,  
Claudianus u) etiam notat: Namq; mihi magicæ vireis æviq; futuri u) l. 1. in  
præscius ardor inest. Novi quo Thessala cantu eripiat lunare jubar, Rufin.  
quid signa fugacis Ægypti valeant, qua gens Chaldea vocatis impe-  
get arte Deis. Nec me latuere fluentes arboribus succi, funestarum-

*que potestas herbārum : quicquid lethali germine pollens Caucasus,*  
*& Scythia vernant in gramine rupes, quas legit Medea ferox &*  
x) Not. in  
Pell. p. 128. *callida Circe. x) Ex recentioribus etiam observavit Gaulmi-*  
*nus, x) habuisse veteres Magos dāmōnōw iēgīs Bōtūwās.*

**S. 13.** Abusum Physices, Astronomiae & Astrologiae  
 etiam maleficia magica peperisse, ad magicos actus, non  
 sine commercio cum Dæmone, ejusque invocatione, Magis,  
 tam Theurgie, quam Goëtie studiosis, harum disciplinarum  
 cognitionem ex falso principio perverse applicantibus, sa-  
 y) l. 30. H.N.  
 tis ex dictis patet; nec abnuit Plinius. y) Dæmon nimirum,

6. 1. Magis ex præscripto ejus operantibus, & spiritum nequam  
 carmine, seu formula ab eodem subministrata & probata in-  
 vocantibus, ex pacto, Deo à Diabolo decipi cupidos etiam  
z) 1. Thessal. decipi permittente, z) cooperatur, & nubibus caliginosis lu-  
2. II. nare jubar obscurat, tempestates excitat, fluminis cursum  
 sistit, imbres procellosos ciet, recentioribus exemplis id pro-  
a) Phys. Cu-

rios. l. 1. bante Caspare Schotto; a) à vicinis agris fruges traducit, & alia  
6. 34. p. 123. facit: De quibus maleficæ apud Poëtas etiam glorianter,  
 quæ magnifice etiam ab his pro licentia poëtica, & figurato  
 dicendi genere decantantur, malefici suis interim herbis,  
 carminibus & incantationibus ea tribuentibus. Hæ tamen  
 non nisi vim moralem alicujus signi, & à dæmonis institu-  
 to & pacto quidem pendentem habent, ita ut non nisi mo-  
 raliter hic agere malefici censi debeat, Dæmone, quan-  
 do talia à sceleratis peraguntur, ceu dato signo, ad quod se  
 præsto ad futurum promisit, promte advolante, & ex volun-  
 tate maleficorum, quatenus Deus permittit, agente. Sic

b) 1. Eleg. 9. admittitur intellectum illud Tibulli: b) Cantus vicinis fruges tra-  
 ductus ab agris: Cantus & ira detinet anguis iter: Cantus & è  
 curru lunam deducere tentat, & faceret si non æra repulsa sonent:  
 Rectius: Si Deus permittat.

**S. 14.** Dupliciter itaque in maleficio magico cum Dæ-  
 mone operantur maleficæ, & malefici: Vel ut ipse eorum  
 opera utatur, sibique in operando, & nocendo eos adjungat;  
 vel ut malefici noceant, & damna inferant, ope cacodæmo-  
 nis. Ibi spiritus nequam damna illaturus, illorum ministe-  
 rio

rio utitur, libere licet electo, & in speciem s<sup>e</sup>pe tantum, ut hominibus per homines noceat, & in peccati & maleficii sui societatem eos trahat, atque suam nocendi mortalibus libidinem expleat. Remigius c) autor est, subministrasse Dæmonem maleficæ cuidam pulverem quendam minutum, quem in aërem spargeret, unde erucae, bruchi, locustæ, atque id genus pestes satorum nascerentur. Sive pulveri huic semina ejusmodi insectorum immixta fuerint, sive Diabolus istas satorum pestes sparsim existentes in unum coegerit locum, uti Ægyptiorum Magi ranas produxerunt, parum in præsenti refert; sat is patet, qua ratione actio Diaboli & maleficæ conjunctim ad eundem effectum, modo licet influendi diverso, concurrant. Similis consociatio cacodæmonis & malefici ad effectum magicum maleficum producendum datur, quando ad Dæmonis per insomnia, & immissa phantasmatæ, maleficam operationem præcipientis, & modum agendi præscribentis, jussum agitur à Mago vel Lamia, licet Physice ad istius effectus productionem illa actio nil conferat, sed vel solius sit spiritus nequam, activa passivis ex divina permissione applicantis, aut aliter pro viribus agentis, ad dandum damnum; vel ne quidem dæmonis, sed à causis naturaliter conexis & agentibus proveniat, spiritu κανθητικῷ licet præsciente & prædicente, sibique per mendacium talem tribuente. Priori enim casu, de crimine & damno per summam malitiam dato participant malefici, moraliter concurrentes consensus requisitum adhibendo, & pro viribus cum intentione nocendi adjuvando, d) ita ut cum Cicerone e) dicere possis: Quid interest inter suaorem facti, & probatorem? Licet enim effectus & damnū illis simpliciter imputari non possit, Lamiarum etiam operatio, citra causalem influxum, damni dationi tantum præsens fuerit, nulla damni præsentis parte ab illa profluente; ministerium tamen, & conjuratio cum Dæmone in perniciem humani generis, crimen non caret, & mortem meretur, prout divina fert constitutio, f) de qua alias, coope- rante pro viribus, quantum in ipso est, Malefico & Lamia ad crimen, & communicante cum abominabili malitia dæmonis,

monis, licet præter intentionem nihil efficiat. Idem censendum casu posteriori. Etsi enim tunc ne Dæmonis opera aliquid efficaciam habuerit ad damnum dandum, præter unionem tamen voluntatis humanæ maleficæ cum voluntate spiritus nequam, atque nocendi pactum, datur in maleficio conatus sceleris, & commodatio ministerii ad crimen aliquod abominabile, & conatus diabolici approbatio, ut rursus cum Cicerone g) dicere liceat: *Quid refert, utrum voluerim fieri, an gaudeam factum?* Frustra vero excipitur, esse scelus coactum, & quæcunque hic datur, esse sceleris coacti culpam, severissime dæmone excipiente eos, qui non ad nutum obsequium præstant, probante id pluribus exemplis

h) Damopol. I. 13.  
i) de Civit. 6. 12. §. 2.

*Remigio: h) uti nec hic applicare licet illud Hobbiij: i) Peccatum meum est, quod faciens peccatum meum esse puto: quod vero peccatum alienum esse puto, possum quandoque sine peccato meo facere.* Contra jus superioris enim, Dei scil. cui omnis homo perpetuo obligatur, pro obsequio Diabolo exhibendo, quod omni jure nullum est, sic excipere non licet; cum & in humano obsequio, quod legitimum est, semper ministerium quod est crimen excipitur, secundum illud B. Augustini: k) *Si aliud Imperator, aliud jubeat Deus, quid judicatur: Major potestas Deus, da veniam o Imperator!* Imprudenter denique & contra veri confessionem, ab hominibus sanæ mentis & vigilantes factam, asseritur, semper somniando, & per meram etiam dæmonis in phantasia factam elusionem, à dormientibus præstari obsequium ejus, quod per immissum phantasma Lamiis, & aliis maleficiis fuit injunctum à Diabolo; ipso Wierol) explicante, quid ad turbandum aërem vesanæ istæ mulierculæ, à Dæmone seductæ, facere soleant. Non tamen nego vigilantium sensibus, quando in maleficio committendo occupantur, variis haud raro præstigiis illudi, ceu patet ex illis, quæ refert Remigius, m) quæ plus justo confidenter ab illo enarrantur. Hoc certe memini, inquit, testatum spontanea ac libera assertione plus minus ducentorum hominum, qui me Duumviro damnante, incendio crimen sortilegij luerunt: statis, certisque diebus solitos convenire gregatim ad ripam, vel stagni, vel rivuli

k) de Verb.  
Dom. secund. Matth.  
serm. 6.

l) de Praef.  
3. 16.

m) Damopol. I. 25.

rivuli alicuius, maximeque si quis esset, quem solitudo à præterouintium oculis sepositum haberet, atque illic aquas accepta à Dæmone virga tantisper diverberare, dum vaporess fumosque abunde excitant, quibuscum una sublimes efferrentur. Illud deinde, quod sic esset excitatum, se in nubes densas, ac caligantes induere, quod postquam una cum dæmonibus ei essent involuti agerent, pellerentque quo erat libitum, ac tandem multa præcipitatum grandine in terras decuterent. Verum et si non negem, ad Dæmonis mandatum, sive per insomnia illud cognoscant Lamiæ, sive maleficiis appareat atque præcipiat, sic aquas diverberari, vehementer tamen dubito, an cæteræ enarratæ ab impiis istis mulierculis circumstantiæ omni careant illusione; quod probabilius negatur quam affirmatur. Ad liquidum certe vix perducitur. Certe quod de gregibus fortilegarum Remigius ex confessioneistarum refert, ad præstigias dæmonis videtur pertinere, cui sensibus illudere facile, ut plures videre se opinentur delusæ, quam revera sunt. Unde enim uno eodemque tempore tot fœminæ, quas clam suis viris, vel domesticis, vel etiam vicinis, per tantum temporis spatium, quod ad excitandas nubes, & propellendas tempestates requiritur, è domo absentes in locis desertis fuisse, citra suspicionem aliquam, quam suis præberent, probabile non est. Licet nocturno tempore, tenebris impietatis ministras tegentibus, unam atque alteram, ad operam aliquam ministeriale spiritui nequam præstandam, eo quo supra explicavimus modo, in sublime posse evehi, penitus non negaverim. Et quis non manifestam opinionis, & rei illusionem *κανθαιμον* agnoscat in illa fœminæ ejusdam confessione, apud eundem Remigium, n) quæ *dolia transversa* n) l.e. p.152. per nubes à fortilegis, adnitente Dæmone, impelli ac volutari tantisper nugata fuit, dum ei loco impendeant, quem designarunt ad calamitatem, ac tum demum illa disrumpi in saxa & flamas, repentinque impetu pessum ire, ac obvia queque conterere.

S. 15. Deinde à maleficiis etiam damna inferuntur operæ spiritus *κανθαιμος*, uti videtur, ministeriali, dum ipsius ministerio ex sua voluntate impii utuntur ad nocendum.

Wierus

- o) *Prestig. Wierus* o) equidem, ingenuo locuturus, absurdum errorem esse di-  
 l. 3. c. 16. p. cit, si quis mulieris vetula, amentis & maleficæ imperio subjici Dia-  
 bolum credat. Verum non ex virium quadam prævalentia,  
 quam vetula in Dæmonem habeat, & inde orta coactione,  
 istud spiritus nequam oritur ministerium, sed ex fœdere  
 & pacto sub serviendi conditione ab eodem implenda, cum  
 ipso inito. Quanquam & viribus superiorem dæmonem ex  
 pacto servientem, inferiorem cogere posse ad aliquid faciendum,  
 p) *Disquis.* omittendumque, & impedire ne perficiat, quod alias potuisset, *Delrio* p)  
 Mag. l. 2. moneat; collusionem licet dæmonum potius, quam hosti-  
 q. 30. f. 2. lem conflictum dicere nos malimus: certe plerumque ta-  
 lem intercedere existimemus. Priscis autem temporibus  
 Dæmonis, seu Spirituum, uti loquuntur alii, ope cum  
 nocendi, tum etiam dæmonum in auxilium vocatorum  
 ope malis resistendi, familiarem Ægyptiis, Chaldæis, Syris  
 & aliis Orientis populis, inter quos Ebræis habitandum  
 erat, fuisse morem, satis constat. Maleficas artes exercere  
 credebatur Pharaoni Moses, unde maleficium, quod excæca-  
 tus ita credebat, maleficio sublaturus, suos maleficos Jan-  
 q) *Prepar.* apud *Euseb.* q) loquitur, à cunctis Ægyptiis id efficere posse ju-  
*Evang. l. 9.* dicati, multas calamitates, quas Musæus Ægypto intulit, solvere  
 (quod falsum) visi sunt. Maleficas etiam his nocendi arti-  
 bus quantum tribuerit rex Moabitarum Balacus, inde pa-  
 tet, quod cum sibi ab Ebræis, Amorræorum victoribus, ti-  
 meret, Balaamum, celebrem ista tempestate inter Orientis  
 gentes Magum, pretio conduxerit, ut carminibus & incan-  
 tationibus, & sic artibus magicis, dæmones in auxilium Moabi-  
 tarum contra Israëlitas evocaret, r) explicante Chytræo, s) id  
 Num. 22.6. que, notante *Augustino Torniello*, t) communi Moabitarum, Madia-  
 s) *Comm.* nitarum & Ammonitarum consilio. Opinio *Vossii*, u) existiman-  
 enarr. in Num. l. c. tis, augurio in specie tali usum Balaamum, volatumque avium,  
 p. 226. sq. an. 2583. n. pro divinis signis habuisse, autori suo relinquitur. Præ-  
 t) *Annal.* stat autem hanc operam ministerialem ex pacto Dæmon,  
 18. f. 360. u) *Not.* in vel malefico signa superstitionis adhibente, quibus datis  
 Maimon. de Idol. p. 140. operatur spiritus κανγπιος, maleficus licet ipse videatur id  
 facere,

facere, quod tamen non ipse, sed cacodæmon fecit; vel venena, & alia nocendi instrumenta subministrante & indicante eodem, quibus Magus maleficus ad dandum damnum utatur. Ibi exercetur maleficium *incantatorum*, hic *veneficium*, quod Lamiis tribuit *Wierus*, x) illud ridens. Utro- x) de Pra-  
bique licet maleficus, vel etiam Lamia, culpam veræ causæ *fig.l.3.c.37.*  
*contrahat*, sive per incantationem, sive per veneficium ma-  
leficium suum operetur. Ibi per modum causæ moralis, cum  
Dæmon agat ex pacto, à malefico etiam ad agendum vi pacti  
moneatur, id quod à Deo etiam permittitur non patratus,  
nisi maleficus in maleficium consentiat; hic per modum  
causæ physicæ, virtute certi medii agentis: Quicquid sit de  
hoc, quod Deo furorem hunc impediente, infelices isti in-  
cantatores sæpe à Dæmone deludantur, ut factum à se pu-  
tent, quod tamen facere non licuit.

§. 16. Cæterum signa superstitionis, quæ in maleficio *incan-*  
*tatorio* à malefico adhibentur, quibus videatur facere, quod  
tamen non ipse, sed Diabolus facit, impulsus iisdem ex pa-  
cto ad agendum, velut tessera data, nisi Deus prohibeat,  
variarunt, variantque. Vel enim *verba* *incantatoria* tantum  
adhibentur, vel simul etiam *res*, & variæ *actiones*. *Verbis*  
tantum usi videntur Magi Ægyptiaci, cum divina virtute  
Mosen miracula patrantes in ordinem redigere conaren-  
tur; quicquid sit de baculis illorum, quorum in serpentes  
conversio ad *Magiam* in specie sic dictam pertinet, de qua in  
præsenti non loquimur. Sunt vero ista *incantamenta cer-*  
*tæ orationes*, quibus ceu data tessera ad nocendum ex pa-  
cto spiritus nequam monetur. Sic enim *incantatura* apud  
*Senecam* y) Medea: *Vos precor vulgus silentum, vosq; ferales Deos,* y) *Med. v.*  
& Chaos cœcum, atq; opacam Ditis umbras domum, Tartari ripis li-  
gatos, squallide mortis specus, suppliciis animæ remissis currite ad tha-  
lamos novos. &c. Ferales isti Dii sunt Pluto & Proserpina,  
uti supra ex Plutarcho etiam vidimus, à Magis etiam Ditem  
& Tenebras invocari. Porphyrius autem apud Eusebium, z) *Plu-* z) *Prop.*  
*tonem*, qui Bataneoti Ægyptiorum Sarapis creditur, & Proser- *Evang.l.4.*  
pinam Principes dæmonum constituit. Hinc excantatas & devo- *culte.*

catas siderum Deorumq; imagines, cœlo in terras descendisse, & vim factam Diis iis tradiderunt Magi Ægyptii & Chaldæi, invoca-

a) Synt.P. I. tionibus & imprecationibus, explicante Peyerio, a) de quo rur-  
l.3.c.11.193. sus ex Porphyrio Eusebius. b) Et nonnullis interjectis, rursus,  
b) Prapar. orta, inquit idem, ex his incantamentis *veneficia*, & philtira illa, quibus  
Evang. l.5. s. f. 193. homines fascinati, vel in odium, vel in amorem inducerentur; tum  
vel ægri vel sani evaderent.

Derivatis nimirum influxibus cœ-  
lestibus & supercœlestibus cum siderum imaginibus, & sic  
cum dæmonibus ipsis, in res naturales, herbas scil. & lapi-  
des convenientes, animalia etiam, quibus utebantur ad istos

c) de Isid. effectus maleficos producendos. Ægyptios, Plutarch. c) ait,  
& Osir. f. ταὶ ἐρωτικὰ, ad res amatorias Lunam invocare, & iisdem rebus  
372. Isidem præesse, apud eundem affirmsat Eudoxus. Idem de He-

d) Prapar. cate (nam & hoc nomen habet) supra ex Eusebio d) vidimus.  
Ev.3.16.

e) de Isid. & Chaldæi etiam, authore Plutarcho, e) τὰ λανθάνων σύντοιχος γηπέ-  
Osir. f. 370. θεῶν, τοῖς καλλίστοις, δύο μὲν αἰγαλεόρυγγες, δύο δὲ κανοποιεῖς, μίσχοις δὲ σύν-  
τετοις ἀποφαίνουσι καὶ νησίς, planetas Deos faciunt, quorum duos be-  
neficos, totidem maleficos, reliquos tres medios affirman & promi-  
scuos. Cum quibus quomodo Ægyptij consenserint, Episto-  
la ad Anebonem, Ægyptium, ex Chæremone docet Porphyrius apud

f) Prapar. Eusebium. f) Plura adducit Seldenus. g) De hac dæmonum  
Ev. l. 3. 4. devocatione per incantamenta etiam loquitur Psellus, h) cum

g) de Dīs ait: Apud Ægyptios sermone Ægyptiaco eliciebantur dæmones, ut  
Syr.Synt. I. c.1 p.84.sq. appropinquarent, quemadmodum apud Chaldaeos Chaldaico. Ver-  
h) de Oper. ba Pselli sunt hæc: Οἱ δὲ τῷ Θεῷ Χαλδαῖοις τὰς κλήσις εἶχον τῇ χαλ-  
Demon. δαιών γλώττῃ ὠμερεὶ καὶ περὶ Αἰγυπτίοις τὰς τρέσεγιστας Αἰγυπτίας  
p.85. ἐποιῆντο Φωνᾶς.

§. 17. Cæterum præter verba etiam herbas adhibuerunt  
veteres Magi, variasque actiones, prout nocere secum con-  
stituerant. Misceruntque herbas, & non innoxia verba, canit

i) 3. Georg. Virgilius. i) Ad maleficia & veneficia sua antiquissimas ma-  
v. 283. leficas, Hecaten, Medeam, Circen, illis usas Poëtæ tradunt.

Antiquissimus Homerus, Ægyptiæ antiquæ disciplinæ alu-  
k) t.2.Opp. mnus, Plutarcho k) memorante, Circes maleficia decantans,  
de Isid. & quam πλανφάρμακον l) appellat, nescio quam vim illius phar-  
Osir. f. 364. macis & herbis tribuit. Furfuris hujus quid Virgiliana phar-  
l) Odyss.l.10 maceu-

maceutriam) habeat, supra vidimus. Ne<sup>t</sup>anebus Ægypti. m) Eclog. 8.  
Rex, & insignis Magus; sacerdotales enim disciplinas in  
gente hac etiam Reges cognovisse Plutarchus n) autor est; n) de Isid.  
herbam quandam ex solitudine accepisse dicitur ex Josepho Gorion & Osir.  
& Callist. quam efficacem ad somnia movenda esse sciebat, ex ea  
succum exprimens, fecit imagunculam ex cera muliebrem, cui nomen  
Olympiadis inscripsit, accensaque lucerna ex herba, dæmones execra-  
tionibus ad eam rem idoneos invocavit, ut Olympias sibi videretur  
Hammonis amplexibus frui, cum ipse adulterino concubitu eam deci-  
peret, ex quo Alexander M. genitus fuit, qui hinc Jovis filius  
dici non invitus audiit.

§. 18. Quæ de muliebri imaguncula Olympiadis di-  
ximus, sæpius à maleficiis facta leguntur. Solebant enim  
fabricare imagines, quas vel acubus pungere, vel igne lique-  
facere, vel confringere solebant, ut nocerent illis, quos ejus-  
modi imaginibus significabant. Notavit in Medea malefi-  
cium hoc Ovidius: o) Devovet absentes, simulacraque cerea fingit, o) Heroid.  
& miserum tenues in jecur urget acus. Sic etiam Enguerrani Ep. 6.  
cujusdam, muneris in Gallia male administrati rei, uxorem  
refert Gaguinus, p) Paviota quodam malefico, & Claudia quadam p) Hist.  
muliere, ad id facinus opem ferentibus, cerea quadam simulacra ad Lu- Franc. l. 7.  
dovici Regis & Caroli Valesiensis formam, dæmonia arte confecisse, in Ludov.  
que languentium speciem præ se ferrent: ad quorum similitudinem 71.  
rex, & ipse Carolus sensim conficiendi erant, & definita ad tempus  
morte consumendi. Imaguncularum ejusmodi magicarum usum  
quoque in maleficio amatorio, ex Theocrito Virgilij q) Pharma- q) Eclog. 8.  
ceutria videtur notare: Limus ut hic durescit, & hæc ut cera li-  
quescit, uno eodemq; igni, sic nostro Daphnis amore. Notat hanc  
impietatem etiam Perkinsus. r) Ab Ægyptiis autem, Syris & r) Baonae-  
Chaldæis impietatem hanc descendere ajunt. vol. c. 4. p.

§. 19. Adhibent præterea usum variorum venenorum,  
tam simplicium, quam compositorum, ex herbarum foliis,  
festucis aut radicibus, animalibus, piscibus aut reptilibus ve-  
nenofis, lapidibus & metallis, explicante Grillando, s) ita ut s) de Sortil.  
vel pulveres, vel liquida, vel unguenta ex illis confiant. q. 3. n. 27.  
Ita famosissima Circe apud Homerum t) νανὰ Φάρμακα, mala  
D 2 phar- t) Odys. l.  
10.

pharmaca dicitur hominibus dedisse, & venena esculentis, ~~oīta~~  
 u) Metam. <sup>14.F.1.</sup> Φάρμακα miscuisse. De qua etiam Ovidius u) ita cecinit: Pro-  
 trinus horrendis infamia pabula succis conterit, & tritis Hecateia car-  
 mina miscet. Nonnunquam tamen extrinsecus noxia appli-  
 care venena, allinere, & nocere solent benefici. Chirothe-  
 cis etiam, globulis, pulveribus suavem odorem spirantibus,  
 sed venenatum, necatos constat. Ne quid dicam de alia-  
 rum rerum usu, v.c. de partibus corporis humani à cada-  
 vere abscissis, de quo scelere Apulejus. x) Pertinet huic in-  
 halatio, qua maleficæ ad nocendum usæ leguntur, quæ, ut  
 & cæterarum actionum, & rerum adhibitarum à Magis &  
 y) de Oper. Lamiis apparatus, de quibus mire nugatur Psellus, y) signa  
 Dam.p. 89. sunt conventa, ad quæ ex pacto Dæmon agat. Omnen  
 impietatem superat sceleratissimus abusus rerum sacrarum, &  
 divini nominis, ad magicas has impietates, de quo alia occasio-  
 ne. Id addimus, quæ in recentiori Magia occurunt, multa  
 diversa partim à veterum, Ægyptiorum etiam Magia, partim  
 nova esse. Nam spiritus nequam, ut est spiritus vertiginis, ita  
 instituta signa & symbola à se tradita mutare solet pro tem-  
 porum, & religionis diversitate, quam illi sectantur, quos  
 fallere intendit. Unde ceremoniæ, ritus etiam, & univer-  
 sa fere Theologia Magorum recentior, multum in circum-  
 stantiis variant, & differunt à veterum Magorum institutis,  
 in centro impietatis licet omnia convenient. Exemplo de-  
 clarat Gaulmin. z)

z) Not. in  
 Psell. l.c.  
 p. 142.

S. 20. Quemadmodum itaque *forma maleficū magici* in  
 hoc consistit, quod sit superstitiosa impietas, qua quis alte-  
 ri nocet, ope dæmonis, cum quo pactum maleficio intercedit  
 vel expresse, vel tacite; ita *finis ejusdem* est nocere, & da-  
 mnnum inferre. Multiplex est hæc danni datio, & si dæ-  
 monis potentiam, qui ex pacto ad voluntatem malefici agit,  
 species magna, v.c. præter mala supra enumerata, morbo-  
 rum immissio omni fere animantium generi facta, fascina-  
 tio, abortus procuratio, mira variarum rerum in corpus in-  
 gestio, ligamen, idque vel *absolute* tale, ut quis reddatur ad  
 actus conjugii simpliciter ineptus, vel *relate*, respectu certæ  
 fœmi-

fœminæ. Inter Ægyptiacas impietas magicas & hanc, maleficium nimirum ligaminis fuisse, adeo dubio semper cœruit, ut Chamum, genti• hujus autorem, sic patrem Noachum incantasse Rabbini etiam nugati fuerit. Ligamen autem *relatum* quod attinet, autor est Herodotus a) de Amasi Rege Ægy- a) l.2. s.181.  
ptiorum, quod cum Ladice uxore, quam ex Cyrenæis du-  
xerat, concubere non potuerit, cum tamen aliis uteretur. T̄, inquit autor, (Δαδίκη) ἐσέ τε συγκλίνοτε Αμασις, μίσγεσθι τοι  
οῖς περὶ φέρετ. Τ̄οι δὲ αὐλῆσι γυναιξὶ εἰχεῖτο. Et apud Home-  
rum b) Mercurius monet Ulyssem, ut sibi caveat à maleficio b) Odys. 10.  
Circles, μὴ ἀπογυμνωθέντα κανεὶν καὶ αὐλωρεῖθεν, ne nudatum im-  
bellem invirilem faciat. Maleficii species quoque sunt: Odia,  
diabolo adjuvante, inter conjuges, cum summa antipathia  
inter præsentes, absentes licet bene sibi invicem velint, in-  
cendere; per philtra in amorem sui alios pertrahere, quod  
supra jam c) inter Assyriorum artes numeravimus; alios sibi c) § 1.  
dementando obnoxios reddere; alios soporare ad furta,  
adulteria, stupra, & alia scelera committenda, de quo ma-  
leficio soporis faciendi etiam Medea apud Ovidium: d) Flam- d) in Epist.  
mea subduxi medicato lumina somno, & tibi quæ raperes vellera, tu- Heroid. 6.  
ta dedi. De quibus aliisque maleficii generibus ex professo  
agit Delrio. e) Eas ad tres reducit species, ad maleficium nimi- e) Disquis.  
rum somnificum, amatorium, & hostile. Alii, inter quos Tole- Mag. l.3. P.  
rus, f) species maleficii duas numerant: Amatorium malefi- 1. q. 2. sqq.  
cium, & Veneficum. Nobis vero aliud *incantatorium*, ad quod f) Instruct.  
incantamentum vel solum, vel cum rebus adhibetur, aliud ve- l. 4. c. 16.  
neficum, quod solius veneni usu à Dæmone accepti, vel mon- n. 3.  
strati, sine tali carmine magico peragitur, dicere placet. Nam  
quod Dæmone doctore & magistro exercetur, etiam spiri-  
tus nequam ope fieri, negari non potest. Et hæc de Objecto  
divinæ prohibitionis reali.

§. 21. *Personale*, seu quibus fit hæc prohibitio, notatur  
voce *in te*, & sunt non solum illi, qui impietas has super-  
stitiones exercere possunt, quos in sua gente ne quidem *inveniri*,  
tolerarique Deus voluit: Sed Magistratibus etiam prohibet  
Deus, ne talia fieri permittant. Omni deniq; genti Ebræorum

interdictum voluit, ne dentur qui de artibus hisce dæmoniacis ullo modo, sive *directe* sive *indirecte*, participant, cuiuscunque etiam status, sexus & ætatis fuerint.

§. 22. *Actus prohibitus II.* significatur verbo קְרַב. Hujus significationem eo usque jure licet extendere, quo usque significatio participii קְרַבָּה in scripturis patet, ita ut, cum קְרַבָּה notat eum qui maleficia exercet, וְקְרַבָּה interpretari liceat, *maleficis usus est, maleficia exercuit.* Hic ergo impietas magicæ actus, omne que maleficii exercitium, usque eo à Deo prohibitum esse censeri debet, ut ne quidem maleficii tollendi, vel impediendi gratia maleficio uti liceat, etsi id fieri, factumque constet. Certe Pharao in hunc finem Magos suos Mosi opposuit, ut maleficia, ceu excæcatus credebat, patrantem coercent, atque, quæ maleficia esse puta-

g) *Exod. 8.* bant, digito Dei nondum agnito, g) solverent. Infestis armis quoque olim concursuræ ad conflictum acies istarum Orientis gentium, quæ artibus maleficis operam dederunt, maleficio maleficium, quo impugnabantur, solvere & retundere solebant: uti Chaldæos, Ægyptios, in ejusmodi maleficiis plurimum præsidii posuisse, in bellis etiam, notum est. Rabies etiam hostium Christi eo olim processit, ut per Beelzebub,

b) *Lue. 11.* Principem Dæmoniorum, dæmonia eundem ejicere, calumniarentur. h)

Caeterum non loquimur de illo tantum impio maleficiorum usu, quando maleficia ab uno transferuntur in alterum per maleficium, cuius exempla exhibit Bodinus, i) quod est vere maleficium inferre; sed & de usu ejusdem in bonum etiam finem, v. c. ad curandos morbos, vel ad mitigandos amoris stimulos, sive per philtrea immissus, sive naturalis morbus sit,

i) *Dæmonoman. l. 3. c. 2.* k) *I. i. Eleg.* de quo male sani amoris remedio illud Tibulli k) notum est:

2. Quid dicam? nempe hæc (saga scil. quæ magicum ministerium promiserat) eadem se dixit amores cantibus, aut herbis solvere posse meos. Et me lustravit tædis & nocte serena concidit ad magicos hostia nulla Deos: Ad amissa, vel furto etiam ablata, recuperanda, vel ad furem oculo effosso detegendum, vel alia etiam ratione: Facere hoc non licet, quibus LL. nostris ob partatem rationis omne commercium cum Dæmons est prohibi-

hibitum. Ne inveniatur in te እኩዎች maleficus, ait Deus, nemo qui maleficia magica exerceat. Ergo nullum plane quoque tolerandum, & permittendum est maleficium. Non solum non sunt facienda mala, ut inde eveniant bona; sed nec licet Deo relicto auxilia à Diabolo petere. Sequitur hinc, non licere à Mago quocunque petere, ut maleficium ab alio illatum, per maleficium solvat, ob rationes allegatas. Nec licere à Mago, liberationem à maleficio à se immisso offerenti, conditionem hanc accipere, quia alterius peccato, quod per nos stat, ne committatur, non est consentiendum: Nec permitti, ut idem magus rogetur, ut maleficio curet illatum maleficium. Ad peccandum enim neminem decet inducere, cum nec peccato cooperari & consentire liceat: Et licite quod nunquam fit, ad illud licite nemo inducetur. Multo minus ergo, quod Remigius I) opinatur, conceditur 1) *Damonol.*  
*verberibus, vi, atq; atrocibus minis eo adigere sortilegos, ut malefi-* 1.3. c.3.  
*cia illata rursus tollant, cum adhuc minus liceat cogere ad*  
*faciendum id, quod per se malum est. Ad Homerim) vero* m) *Odyss. l.*  
*hoc Remigianum videtur pertinere disciplinam, apud quem* 10.  
*Ulysses Circen gladio territam eo adegit, ut socios quos in*  
*porcos mutaverat, ipsi restitueret. Quin & Judices peccare*  
*censemus, cogentes maleficos benedictione aliqua auferre*  
*maleficium, quia, ut recte explicat Trullench, n) illa benedictio* n) *T.I. Opp.*  
*est ceremonia malefica, involvens pactum cum dænone; & quidem* Explic. De-  
*secundum Ægyptiorum & Phœnicum disciplinam cum Sa-* cal. I.1.c.10.  
*rapi & Iside, ceu ex Porphyrio o) notum.* dub. 8. n. 6.  
*o) Euseb.*

§. 23. III. Prohibitio ipsa notatur vocula ﮏ Ne inveniatur  
*in te Maleficus.* Non solum non exerceri impietatem hanc à l. 4. c. ult.  
*gente sua, & ab ullo in republica sua vivente Deus voluit, qui-*  
*cunque is fuerit, sive Israëlite, sive proselytus, etiam ratione*  
*domicilii tantum talis, explicante Seldeno; p) sed ne quidem* p) *I.N.G. 2.*  
*exercentes tolerari, quos morte puniri voluit, ne inveniatur,* 7. p° 208.  
*qui tales artes exerceat. Penitus proin has impietates eradi-*  
*candas, minime tolerandas, in nullo casu, nec ob bonum*  
*etiam finem adhibendas; cum maleficiis etiam non colluden-*  
*dum, illisque neque directe neque indirecte favendum, vel in*  
*consilium eos adhibendos esse Rex Ebræorum Jehova statuit.*

§. 24. Sa-

§. 24. Satis & de hac Magiæ specie, maleficio nimirum magico, dictum, ad rationem Legis divinæ: *Ne inveniatur in te maleficus, cognoscendam.* Atrocissimum nimirum delictum est, sive secundum se spectetur tantum, sive cum circumstantiis, quæ variant interdum. Secundum se si spectetur, malefici pro conjuratis Dei & humani generis hostibus sunt habendi, & pro inimicis humanæ consociationis, cuius incolumentem, tranquillitatem & felicitatem eunt sublatum. Infert præterea delictum hoc directe crimen læsæ majestatis divinæ, non naturale tantum, quale LL. divinis naturalibus prohibetur; sed & apud Ebræos olim civiliter hujus criminis commissi reos maleficos reddebat. Nam ejurata fide & obsequia, subjectione item Deo debita non per LL. naturales tantum, & præceptum Decalogi primum, sed & per civilem illam obligationem, qua peculiari & civili etiam ratione Jehovæ, ceu regi suo civili, obligabantur, in fidem & obsequium Dæmoni se tradiderunt, pacto sociali cum spiritu nequam inito pars cœtus ejus, Deo vero rebelles facti, cum voluntate & conatu ipsum Deum in creaturis suis impugnandi, ordinem naturæ à Deo constitutum imutandi, in ipsius Creatoris contumeliam; creaturis etiam ipsius, in bonum mortaliū conditis, in illorum extitum & calamitates sævissime abutendi; cum spiritu nequam in perniciem hominum promptissime, ita ut falli haud raro se à dæmone patientur, cooperandi; innocentibus denique ex nocendi furore damnum inferendi, tam in persona illorum & que propria atq; conjuncta, quam in rebus & bonis externis, conjungentes cum atroci crudelitate extremam injustitiam. Ne de Dæmonis, imo, secundum veterum Ægyptiorum, Assyriorum, Chaldæorum, Canaanæorum, Persarum communem disciplinam, principis dæmoniorū idololatrica invocatione, vel aliis circumstantiis, quæ maleficio patrando, vel comisso accidunt, blasphemii scil. abusus divini nominis, sacrilegii, homicidii, imo & parricidii, fœdissimi denique & monstruosissimi, ejusdemque non phantastici tantum, sed & sape realis cum Dæmone concubitus, cum stu-

q) Disquis. pro etiam & adulterio, non contra sexum tantum, nec tantum extra  
Mag. l.s. f. speciem, sed etiam extra genus, ut recte censet Delrio, q)  
26. f. 77. peccante conjuncti, quid dicam.